1144

alys omnibus Juris remedijs, et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua p[rae]senti personali Recognitione ad p[rae]missa omnia mediante.

R. Dziurczynski, Zingamili tem Quietat.

630 Comparens personaliter Coram officio, et Actis p[rae]sentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Admodum Reverendus Alexander Dziurczynski Collegij Venerabilium Patrum Vicariorum Ecclesiae Cathedralis Premysliensis Senior. Sanus mente et corpore Existens, Foro suo quovis omisso, et Jurisdictione competenti post habita p[rae]senti vero Castrensi Capitanealis Premysliensis Jurisdictione, in se, successores, bonaq[ue] sua generaliter ad benevole coassumpta, palam, libere, publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse, suo et Admodum Reverendi Vincentij de magna Viazdow Viazdowski, Praepositi Prochnicensis, atq[ue] Religiosi Hieronimi Kleszczowicz ordinis praedicatorum Sancti Dominici Conventus Leopoliensis Presbiteri, quorum ratihabitione cavet, ac se p[rae]sentibus inscribit nominibus: Generosum Gasparum Zing Vexillife rum Cohortis germanicae vulgo Raytarskiey stro[?] vagdie ex legione Magnifici Scibory Chelmski Colonelli Sacrae Regiae Maiestatis, eiusq[ue] posteros de protestatione certa per eosdem admodum Reverendum Viazdowski Praepositum Prochnicensem et Religiosum Kleszczowicz, tam suo, quam etiam Regnoscentis nomine, contra ipsum Coram Actis Officij p[rae]sentis facta, ratione per ipsum, cum suis alys coadiutoribus, tempore certo nimirum Feria Quinta in Crastino Festi Sanctae Agnetis Virginis et Martyris Anno p[rae]senti Videlicet post publicationem tam Terrestrium quam et Castrensium [?] quo ad Actum hunc attinet

Judicialium, et querellarum Terminorum, sibi Recognoscenti, et suprascriptis, Admodum Reverendo Viazdowski, et Religioso Kleszczewicz, Vici strata publica, per plateam Leopoliens ducentis, interceptionis, verbis in-honestis affectionis, flagello concussionis, ad bombardam sese proruptionis, exeademque explosionis, aliarumque violentiarum sine ullo respectu securitatis publicae et immunitatis Ecclesiasticae perpetrationis: protestatione eadem, et obductione Vulnerum, praemissa fusius in se enarrante. Tum de causa et actione iudiciaria, per se Recognoscentem ad officium praesens Castrens Capitaneale Premysliens, eidem Generoso Ling ratione suprascriptorum instituta et intentata, atque in quolibet puncto et gradu Iuris dependente: nec non de decretis quibusvis ea in causa prolatis, ob plenariam et sufficientem ab ipso pro praemissis omnibus praesentium satisfactionem, quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, protestationem eandem, et obductiones Vulnerum, relationes Ministerialium, et Aresta quaevis atque processum in Universum omnem, ea in causa perductum, in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat praesentibus. Nihilominus is idem Recognoscens debebit et tenebitur, prout se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis, suprascripto generoso Gasparo Ling inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius posteros, ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum, cuiuscunque conditionis, status, et sexus cuiusvis existentium, ex re, persona, et ocasione suprascriptorum Admodum Reverendi Vincentij de magna Viazdow Viazdowski, Praepositi Prochnicens atque Religiosi Hieronimi Kleszczowicz Ordinis praedicatorum Sancti Dominici Conuentus Leopoliens Presbiteri, ratione praemissorum modo quovis exoriunda

in omni Iudicio et officio Regni, semper toties quo
ties opus fuerit tueri, defendere, evincere, interce
dere, et eliberare, indemnemque cum posteris reddere
seque sub damnis Terrestribus, simpliciter absque corporali
iuramento taxandis, et edicendis, per eundem Reco
gnoscentem, sive eius posteros, suprascripto Gene
roso Gasparo Ling, vel eius posteris, ob non comple
tionem praemissorum, tam in toto, quam in parte, toties
quoties opus fuerit ad solvendum succumbendos. pro
quibus quidem damnis Terrestribus, simpliciter taxatis,
modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re
aliqua principali, ex praemissis non completa complenda,
Citatus existens, memoratus Recognoscens, sive
eius posteri, ad Instantiam suprascripti Generosi Ga
sparis Ling, vel eius posterorum, ad Iudicium Con
sistoriale Premysliens. extunc recessu suprascripto,
quo ad respondendum spectat mediante, semper in
primo Citationis termino, tanquam peremptorio,
stare, Iuri parere, respondere, damna praefata Ter
restria, simpliciter taxata, luere, Inscriptioni huic
satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et
tenebitur, seque ac suos successores, ad eadem omnia
inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum pri
mum peremptorium, et alios omnes exinde conse
quentes Causae eiusdem Terminos, semper perem
ptorios, vera infirmitate, pro maiori, minoren
nitate successorum, legatione intra vel extra
Regnum, servitio militari, ad munimenta ad cu
stodem, vel alijs quibusvis dilationibus et legali
bus impedimentis non differendo, ad quietationem
Praeterea ultra proximos Iudicij praefati Consistorialis
Premysliens. Terminos, dilationem sibi non recipiendo,
nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecu
tiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus,
vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iu
ris, praescriptione terrestri, bello, conventioneque ac alijs

omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua p[rae]senti personali Recognitione ad p[rae]missa omnia mediante.

Młodek et Zakrzewski mutuo Rbnt et Statuent Contes. 631

Comparentes personaliter, coram officio et Actis p[rae]sentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premyslien[sibus], Gn[ero]si Stanislaus Młodek ab Una, et Alexander Zakrzewski parte ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriys et competentibus recedendo, p[rae]senti vero Castren[si] Capitan[eali] Premyslien[si] Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus, bonisq[ue] suis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando, atq[ue] subyciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Gn[ero]sus Młodek, suo, et Generosæ Annæ de Ostrow; Gn[ero]sus vero Zakrzewski, suo et Gn[ero]sæ Mariannæ Zabokl[i]cka, Consortium suarum legitimarum, pro quarum ratihabitione Cavent ac se p[rae]sentibus inscribunt nominibus; sibi mutuo et invicem, Unas pars alteri, cum posteris Utriusq[ue] partis, se, ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq[ue] pecuniarys quibusvis habitis et habendis, Inscribunt et obligant p[rae]sentibus: Intercisam certam, inter se recognoscentes, p[rae]fatasq[ue] consortes suas, ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa Contentarum, de Actu et data ipsius, hic Premysliæ, die hodierna in Actu contenta Confectam conscriptam, manibus Recognoscentium propriys ab Utrinq[ue] subscriptam; in omnibus et singulis eiusdem Intercisæ Conditionibus, punctis, clausulis, Articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq[ue] et singulis eiusdem Intercisæ contentis,

Ex Copia